BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Rm̃e Pater.

1. Postquam nonnullas Scripturas à nobis in Arch. Ordin. repertas concernentes Pontificium Diploma Felic. Rec. Clem. X. cuius initium est Ad Ap̃lica dignitatis fastigium, et finis: dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 5. Septbris 1674. Pon. n̄ri an. 5. Rm̃e Pat. Ves. tradiderint mihi de mandato ut illas omnes in unum redigerem, et tuis sub oculis exponerem, ad hoc ut maturam considerationem eas expendere facilius possis, et expensis deliberare quid circa eiusdem diplomatis insertioñe in actis Capituli gñalis nuper celebrati resoluendum sit.

2. Quod igitur P.º ex eisdem habetur, est, prædictum diploma hucusque neque intra Ordin. nec extra Ord. promulgatum, et typis mandatum fuisse, et sane qd non fuerit promulgatum eo tempore, et anno, quo dubium fuit, satis perspectum habemus ex Scriptura facti relata in proc. pag. 2. in qua hæc Italico Idiomate habentur

3 Fatto il Breve si suscitò nello stesso giorno che si fù consegnato, nella Segretaria un rumore contro il Sig.r Card.le Altieri che tutti gl' Ambasciatori Regij, e così giudicò bene, che si differisse, e perche si tardò assai, si portò fino alla morte di Clem. X. è fatto il nuouo Papa, fu mandato al Sig.re Card.le Altieri il Breue; acciò si facesse stampare.

4. Ex quibus clarè infertur purè prædictum dipploma tempore Clementis X. emanatum, atque firmatum fuisse, sicut et egomet vidi, et perlegi in Arch. Ap̃lico Breuium apud Montem Quirinalem in lib. 5. fol. 137. in quo et expensæ tum pro expeditione, tum pro lib.ª registrata manent.

5. Infertur 2.º tempore Clem. X. nec fuisse promulgatum, nec typis mandatum, quod totum etiam firmatum manet ex his, quæ leguntur in proc. pag. 42. in qua scriptum est prædictum dipploma non fuisse emanatum nisi post examen aliquorum obiectorum à Rm̃o Boccaberti tunc temporis Ordinis Magistro.

6. Quod autem neque post mortem prelaudati Pontificis, neque usquemodo promulgatum fuerit, nemo inficiabit, si perpendat non solum usque modo ad Ordinis notitiam non peruenisse, aut in eius actis Capitulorum gñalium relatum fuisse, sed et verbum que in prædicta facti Scriptura subsecuntur, in qua et post relatam, verba hæc leguntur.

7. Furono fatti officij contro Stampatore Camerale officij ch allungasse il fine della Stampa, et in tanto venne Monsig.re di Luca Auditore del nuouo Papa (tunc temporis Innoc. XI.) e lo portò via e lo diede al Pre Gñle Boccaberti acciòche si opponesse, il quale lo tenne e come si dice, ne mandò una Copia in Spagna per farlo impugnare, e non auendo gli Spagnoli voluto scriuergli contro, fecero scriuere quà il Pre Mro Fr. Girolamo Sidorio (natione gallus) con il consiglio, e commune cagione di PP. più dotti, e ne uscirono settanta quattro obiezzioni, che aggiunte a quattro altre fatte dell' Auuocato di Roma (quæ in Archiuio desiderantur) furono 78: in tutto le presentarono a Monsig.re di Luca Auditore del Papa; acciò finisse la Causa, il quale mandatele prima al Sig.re Card.le Altieri, è questo datele al Religioso che aueua promosso il Breue, (qui fuit P. Fr. Joseph Bonfigli; ut ex ipsius Ep̃la pag. 241. apparet) acciò rispondesse (cuius responsiones habentur pag. 169) prese quelle con la risposta, è le diede a Monsig.re Aud.r, il quale segretamente le diede a Monsig.re Panuatici, che vedesse, e riferisse; quod totum etiam confirmatum manet ex Ep.ª præd.ti Panuatici, pag. 216. sub data 2. Jan. 1682. nec non ex Ep.ª S. Dñi Fatinelli de Fatinelli, pag. 221. sub. dat. 17. Julij 1680. et deinde.

8. Monsig.re Panuatici riferì a fauore della Validità, e giustitia del Breue, saluo che vi fossero alcuni errori di scrittore da correggersi assai patenti solamente nella trasportazzione del testo delle contribuzzioni e quasi quasi tutti erano capi dell' opposizione (quorum errorum Catalogus habes pag. 243. Monsig.re Auditore di N.S. promisse al Sig.re Card.le Altieri, e per lui al Sig.re Luca Mellini suo mandato, che il Breue sarà uscito alle stampe auanti la congreg.ne

dil Capitolo gnale, ma parso poi al Frate promotore dil Breve, che aveva desiderato fare un altro Breve, dove si mettessero in modo di ordinazioni tutte le Cose, che più si pretendevano bisognarsi di Riforma, et il Sigre Cardle Altieri condescese, et ordinò al Religioso, che si facesse quello che Monsigre di Luca desiderava avendo pattuito con Monsigre Auditor la Constanza illesa dil Breve, volendo pò che il Papa Comandasse al Capitolo, che facesse queste Cose in modo di ordinazioni, com' egli diceva essere stato altre volte particolarmente con i PP. Gesuiti. quod factum fuit in Caplo gnali Romæ Celebrato anno 1677. in quo electus fuit in Magrum Ordis F. Antoninus di Monroij.

9. Et pag. 6. sequitur. Frà tanto fù mostrata una Copia del Breve di Clem. X. ai trè Capi di nazione (in Caplo gnali Congregatis) Cioè Priore di Tolosa, Priore di Lombardia, e Definitore di Spagna, mancando il Priore di questa Provincia con commodità di mostrarlo ad altri, e fù lodato in ogni parte, se non che il Defindre di Spagna disse sarìa stato meglio che l'avesse fatto la Religne, e che questo oggi l'averebbe voluta far lui.

10. Et pag. 8. il Breve di Clem. X. rimase in mano di Monsigre Audre di Luca, il quale hà difficoltà di restituirlo di questo Breve si è poi avuto un sunto autentico de Monsigre Slusio, (hoc ut falsum cum solum in Arch. habetur Copia simplex vidi; pag. 13) al quale non fà impedimento il Breve posteriore (id est Innoc. XI. sed hoc gratis dicitur, ut infra, n. 19. & 20. dicemus) và pò fatto un altro Breve che emendi gl'errori dello scrittore, che si lasciano per scrittura estratti conforme alle opposizioni e do poi alla riognizione fattane di Monsigre Fagnani sene sono fatti trè altri estratti, e sottoscritti de Monsigre Datario che sono disimpediti, si che si può publicare, e servirsene senz' altra publicazione per che simili Brevi promulgantur cum exhibentur, per la clausula posta in fine= Volumus= autem ut earum de præsentium.

11. Hæc omnia ideo ad litteram à me fuerunt excepta, ut constet 1º. prædictum Clem. dipploma non fuisse publicatum usque ad annum 1681. de quo die scriptum fuit Epu citata D. Passatici sub fine, n. 7. neque postea fuisse promulgatum in sui originali ut fatetur prædict. Script. autin sui Correctione, hæc Correctio numquam Ordni innotuerit adeoque optime notavimus Cloche ad ultimu prædicta verba, e ne sono fatti trè altri Chimerica ratio, cum Breve hoc nunquam fuerit Ordi significatum.

12. Ideò prædictam facti narrationem non ab Ordne, sed àb adversarijs, & promotoribus Clem. dipplomatis compilatam fuisse, ut constat tum ex nuper dictis, tum ex alijs notis ibidem ad marginem positis à Rmo Cloche ut constat ex pag. 6. & 8. & tandem ex ipsius met narratione, maximè linea 2. sub. n. 7. ex qua nedum igitur one, aut obscure colligitur numquam prædictum Clem. dipploma publicatum fuisse.

13. Cuius narrationis veribus etiam magis, ac magis firmari potest ex eo, quod nunquam, aut in actis posterioribus Capitulorum gnalium, in quibus Ordi Pontificia dipplomata promulgantur, aut in Magistrorum Ordis aut in Constitutionibus Ordis etiam post prædictum dipploma typis mandatis prædictum dipploma insertum inveniatur.

14 Quinimmo neque in observationibus compositis a P. fr. Andream Irojo qui et unus ex deputatis à Capitulo gnali Romæ Celebrato anno 1677. fuit pro Constitutionum revisione, ut constat ex pag. 236. nunquam prædictum Clementinum dipploma citatum invenitur, ut in ipsis legere est, pag. 325. quod magis est neque etiam subsequentibus annis citatum reperitur in observationibus compositis à P. fr. Raymundo Maillab, qui fuit alter ex deputatis à prælaudato Capitulo, & Rmo Patri fr. Antonino Cloche anno 1686. post ipsius assumptionem ad Ordis Magisterium transmissis, ut legitur in eius Epista. pag. 324. & si ambo fuerint contemporanei Clem. X.

15. Et hic non est ommittendum unum observatu dignum, quod si prædictum Clem. dipploma aliquandiu fuisset promulgatum, & indè Racom obligasset, superfluè fuisset ordinatum Caplo gnali celeb. Romæ 1677. àb Emo de Alterijs, & deinde confirmatum ab Innoc. XI. suo Brevi dato Romæ 1629. quod eti-

AVSA

deberentur quatuor, vel sex Religiosi ex doctioribus, et provectioribus, magisque informatis, quibus commit-
tendi esset cura revidendi Constitutiones, earumque Glosas, et ordinationes, ac referendi Cap.lo illi quando
exigerent correctionem, vel emendationem, sive declarationem, et aliam provisionem in omnibus his, quæ
concernuntur statum, et commodum Religionis, ac observantiam, et disciplinam regularem, siquidem eam
emendatæ fuissent à Clem. X. ipsiusque authoritate Apost. confirmatæ: immo et ab eodem sub stricto præ-
cepto mandatum fuisset, ut Con. ab ipso insertæ in sui dipplomate inviolabiliter observarentur, et quod nullatenus
in potestate cuicumque etiam Magistro Ord.is adhuc auth. Apost. liceret ipsas iterum permutare, aut alterna-
re, ut legitur in ipsius dipplomate pag. 83. et 84.

16. Absit dicere, et asserere superfluum fuisse Innocentianum dipploma, cum et consulto factum fuerit, ut eo scilicet
emendarentur, quæ emendanda erant in dipplomate Clementino, et ordinationibus præciperentur quæ necessaria
forent pro reformatione Ord.is, ut legitur in præcitatis verbis Scrip.re facti n. 8. circa finem.

17. Concludendum igitur, et numquam Clem. dipploma fuisse promulgatum, et quatenus promulgatum, per sub-
sequens dipploma Innoc. fuisse derogatum.

18. Neque huic Con. opponitur responsio adversariorum dicentium, Innocentianum dipploma potius fuisse Clemen-
tini confirmatorium; quia felix Recor. Innoc. X. solum mandavit ut revideventur Const.es et Glosæ
quæ exigerent correctionem, vel emendationem, quapropter deputatis solum spectabat videre an ultra
correctionem factam à Clem. X. remaneret ultra aliquid emendandum, quam resp. confirmant
ex quo in dipplomate Innoc. nulla fiat expressa mentio dipplomatis Clementini, uti requiritur
in derogatoriis. et habetur pag. 249.

19. Futilem etiam esse, et omnino etiam adversariorum responsionem quia non videtur dipploma
Clem. emanatum anno 1674. et Innoc. emanatum anno 1679. non intercesserint nisi quinque anni
in cuius annorum spatio nulla fuit denuo typis mandata aliqua Con. Ord.is neque illa denuo fuit
edita; igitur vanum foret præceptum, ipsas ultro emendandi, atque corrigendi eo, vel magis quod iuxta
Clementinum dipploma non aliter erat typis mandanda, quam eo modo, et forma, qua in sui dip-
plomate inserta erat à qua resecavit omnes Glosas, et explicationes positas in nostra vulgari Const.e
igitur dicendum erit, quod in Clem. Constitutione adhuc remaneret aliqd emendandum, aut omnino
prædictum Clem. dipploma fuisse ab Innocentiano derogatum, et sic dum obligationem non obtinuit cu-
ius emendatio, et correctio remissa fuit Ordini.

20. Et sanè quod Clementinum dipploma in variis suis partibus emendatione, atque correctione indigeat
pleno ore et eius postulatores fassi sunt, ut videre est in eorum responsionibus ad 9. obiectionem pag.
172. et in eiusdem errata ab ipsis expositis, pag. 243. et tandem etiam à Ministris S. Sedis, uti
habetur in eorum Epistolis, pag. 226. et in Scrip.ra facti super sui relatum, n. 8.

21. Ex quo vero nulla facta mentio Clem. dipplomatis in Innocentiano unice infertur ipsum antea
non fuisse promulgatum, ideoque et quod nulla indigerit expressione pro ipsius derogatione; non
autem infertur quod vera Innocentianum dipploma non opponatur Clementino, cum hoc
emendatas supponat Constitutiones, et nusquam in posterum emendationes, aut correctiones esse
faciendas, et istud emendari præcipiat, ac perconsequens dicendum erit quod de facto, et si non
de iure derogatum fuerit Clementinum dipploma ab Innocentiano, quod ut ad intentum sufficit;
neque hac iuridica derogatione indiguit, cum iuridice non obligaret propter promulgationis de-
fectum, neque ad aliorum notitiam pervenerit.

22. Neque veritas ita sub silentio Romæ prætereunda erat, quando necessitas urgeret, uti innuere videtur
Revdus P. Mag. Ascanio in sui Epistola, pag. 247. quia si Romæ numquam promulgatum, si
Romæ impedita fuerit eius promulgatio, etiam Romæ hocidem palam asseri poterit; cum
semper minus sit dicere, quam operare.

23. Sed quid mirum quod nullibi fuisset promulgatum, cum si attente illud perpendatur quilibet ipsum
fuisse subrepticium facili negotio convincere poterit, cum et fœdissimis scateat solecismis.

Unum cum alys grammaticæ, & Scripturæ erroribus, ut Constat ex Cap. 6. de Collat. in quo legitur = Deindè fratribus Venientibus in Refectorio, pag. 50. n. 15. & ex Cap. 5. de elect. Diffinitorum, d.e 2. text. 2. Ubi legitur per disquisitionem duorum antiquorum ex Ord.e pag. 68. n. 52. & ex Cap. 16. de Cavis detractionibus, text. 4. Eiusd. dist. in quo habetur = Nisi maturus, & discretus, & sufficienti litteratura, pag. 82. n. 64. & ex alys quam pluximis erratis tum in Scriptura, tum in Grammatica notatis, pag. 243. & Ritus inducere Videtur omninò alienos ab Ecclesia, & Pred: Ord. Usu; Confessos enim facit Sacerdotes, Missas pro defunctis fratribus celebrare ipsis imponendo, pag. 28. n. 11. & quadragesimale Ieiunium Unicè feria 2.a & 3.a post quadragesimam, tam intus, quam extra incipiendum præcipiat, pag. 43. n. 13. quod præceptum si intelligatur de feria 2.a & 3.a post dominicam quadragesimæ, aliena sunt à Ritu Ecclesiæ Univers., si vero intelligantur de feria 2.a & 3.a post tempus quadragesimale, hoc est feria 2.a & 3.a Paschatis, aliena sunt à Ritu Ord.is & Pontificia Dipplomata à Vero, & genuino sensu extorquet, ut infra videbimus, & tandem leges Sanctissimæ, & fuerunt, & sunt nostræ, nulla necessitate alterantur, & earum Glosæ per Universum Orbem tandiu recepta, & observata abrogantur.

24. Quod totum sanè cum Sparsa prædictæ Constitutiones in Clementino Dipplomate insertæ per Orbem Ord.is Provincia perspexerint, persuaderi minimè poterunt à S. Pontifice Ord.is (totalis Contemptus) nostri amantissimo emanasse illud Dipploma, & ad eius observantiam se Constringi posse; Undè maior in dies Ord.is totalis Contemptus, et Legum nostrarum inobservantia oriretur. Qui enim hæc, & alia similia perpenderit, suadere sibi poterit, quod Clemens X. benè de his omnibus informatus, & his de Rebus Consultus quidquam probaret, & prædictum textum in suo Brevi inseruisset?

25. Et sanè ex Clementini Dipplomatis promulgatione qualis tum Ord.is nri, tum legum nostrarum Contemptus non oriretur, dum notorium esse asserit ipsum à primæva sui Status norma deviasse, et istas à Santo nostro instituto, fuisse detortas, atque Contra sincerum summarium Pontificum mentem, & intentionem inductas fuisse.

26. Legantur eius Verba, & Veritas huius assertí palam fiet exordio enim eiusdem dipplomatis dicitur, pag. 43. n. 1. Si quando temporum iniuria, humanæque Conditionis infirmitate, à primævi status norma deviasse, ac detortas esse novimus, quæ Verba generaliter dicta, neminem læderent, sed Cum introducuntur, ut applicanda Ord.i Præd. significant to novimus notorium esse Ordinem nostrum à primæva Status norma deviasse, & statuta sua omninò detorsisse.

27. Quod & infra, pag. 44. n. 4. clarius de nostris Legibus asserit his Verbis = & memoratus Clemens VII. Prædecessor noster Statuta, & Constitutiones d. Ord.is Censuerit protegenda, & abusibus repurganda, nihilominus temporum labentium iniuria Constitutiones ipsæ Varys Glosis declarationibus, & interpretationibus desuper editis, nullo que Aplica Sedis præfatæ beneplacito suffultis Contra sinceram eorum Prædecessorum nostrorum mentem, & intentionem à Vero, & genuino sensu detortæ fuerint, nec iuxta earum dispositionem observentur. Nos perniciosis quis exinde dictim irrepserunt abusibus Pastorali sollicitudine obviare, & Rursus in fine, pag. 84. n. 65. Nos Considerantes huiusmodi mala ex actis Capitulorum Glium d. Ord.is quæ Constitutionibus prædictis quandoque adversantur, nec non ex illegitima eorumdem actorum transcriptione, seu impressione plerumque provenire.

Qui hæc omnia legens pleno ore non fateretur, ea tum Contumeliosa esse, tum Ord.i, tum Constitutionibus nostris, & eorumdem tum honori, tum Sanctitatis adeò lesiva, ut nec infensissimi nostri Ord.is inimici maiores, & probriores Contumelias Con: nos evomere possent, aut somniare quivissent? Et si enim abusus particularium locorum, aut personarum aliquando irrepere potuerint Via facti, & ad tempus, sed Ubi irrepserint Constitutionibus, Ut hæ debeant repurgari, humiliter petere possemus edoceri, Cum itaque modo edocti non fuerimus à Dipplomate Clementino, in quo Correctiones omnes, quæ habentur in textu ibidem inserto, aut supplentur ex Glosis eandem nostrarum Vulgarium Constitutionum, aut ex Dipplomatibus Pontificijs in eidem Citatis, ut Videbimus, eas perveniendo, ex quibus & pari dum particularum huius Dipplomatis

AVSA

mendacium Clare apparebit, et eorumdem Responsionum falsitas, pag. 187. ex posita expresse fla-pbitur.

29. Neque feli. Rec. Clemens VII. de protegendis, vel abusibus repurgandis in nostris Constitutionibus in tota sua Bulla quae incipit = Exponi nobis nuper fecisti = Illum verbum habuit, uti in ipsa legere est apud Usus Maris, pag. 251. qua nihil aliud intendit nisi quorumdam particularium ambitionem, qui se in Praelaturis, et officijs Ordinis praeter Constitutionem, et Superiorum licentiam, aut irreperent, aut in posterum irreperent.

30. Quod vero Constitutiones nostrae varijs Glossis, et interpretationibus exponantur non a tempore labentium triennia facta fuit, ut in dipploma Clem. dicitur; sed a facultate Legislatorum ipsis a Iure Communi tradita, qua Antecessorum Leges declarare, glosare, et interpretare possunt, vigore cuius facultatis Capitula Generalia varias Glossas, et interpretationes textui Constitutionum nostrarum inseruerunt, et etiam novas Constitutiones antiquis addiderunt, cum talis facultas ipsis Concessa legatur in prologo nostrarum Constitutionum, text. 7. 8. et 9. a Sede Apostolica approbato, dummodo accedat trium Capitulorum Generalium immediate subsequentium assensus per modum inchoationis, approbationis, et Confirmationis; quapropter id quod ab isto modo dicto praecipitur, numquam dici potest quod sit contra Constitutiones nostras uti asseritur in ultimis verbis supra expositis, n. 28.

31. Qua facultate etiam pollet Magister Ordinis cui illam donavit Iulius II. in sua Bulla, incip. = Considerantes sub data 14. Decembris 1509. directa Magistro Ordinis Thomae de Viocayetano, eiusque pro tempore Successoribus, qua eis facultatem Concessit Constitutiones, et quod magis est etiam Apostolica privilegia declarandi, et dubia interpretandi, uti legere est in ipsa apud Usus Maris; falsum igitur semper manet, quod expositum fuit a postulatoribus Clem. X. Glossas nempe, et declarationes, et interpretationes semper editas nullo Apostolicae Sedis beneplacito suffultas fuisse, quin imo, et non nulla Capitulorum Generalium Glossae, et interpretationes approbatae fuerunt a Sede Apostolica; uti Bonifacius VIII. in sua Bulla Virtute Conspicuos dat. 14. Cal. Iunij Pon. an: 2. quae et in Archivo extat idomne approbaverit, quod a Magistro Ordinis, et Capitulis Generalibus ab initio fuerat ordinatum, et nunquam Capitula nostra Generalia quidquam statuerunt sine expresso S. Apostolicae beneplacito, quando materia talis erat, quae specialiter huiuscemodi beneplacito indigeret; in reliquis vero Ordinarijs via fuerunt facultate ipsis tradita a Constitutionibus, et de quibus sermo est in Constit. nost. dist. 2. cap. 10.

32. Et qui contrarium asserere vellet, afferat casus quibus enormitates praedictae circa inobedientiam S. Sedis Apostolicae fuerint perpetratae; neque enim quidquam probant acta Capituli Generalis Romae Celebrati anno 1656. et acta Capituli Generalis etiam Romae Celebrati anno 1670. in quibus ut ipsi postulatores dicunt, pag. 1a. multa inserta fuerunt contra Constitutiones quia si ab ipsis interrogetur quae sint ista, respondent varijs in locis, quod in ipsis attribuatur Suprema Authoritas Magistro Ordinis tum circa Ordinis Officiales, tum circa mutationem actorum Capitulorum Generalium, tum circa provisiones faciendi Electoribus pro Gradu, et forma Magisterij, et tandem circa dilationem Capituli Generalis de triennio in triennium ad sexennium, quae omnia sunt contra Ordinis Statuta, et dipplomata Pontificia, verum quam falso haec asserant infra videbimus, n. 33. et seqq.

33. Quod si velint omnes interpretationes, et Glossas in Constitutionibus supprimere praecipere videtur Clem. dipploma, procul dubio toties erunt innovandae Constitutiones, quoties Decreta Pontificia noviter emanabunt, et Capitula Generalia Celebrabuntur, ac per consequens de triennio in triennium erunt permutandae, cum de triennio in triennium iuxta Clem. dipploma sint Capitula Generalia omnino Celebranda, immo et fere dietim erunt permutandae, cum fere dietim emanent decreta Pontificia pro Regularibus.

34. Ut igitur ab hac fere diurna textus permutatione, caveamus, optimum erit Consilium ipsum in sua puritate relinquere, ut usquemodo P.P. Nostri fecerunt illumque notis, et Glossis illustrare, et sic relinquere textum in sua antiquitate una cum explicationibus, vel restrictionibus additis, vel addendis a Capitulis Generalibus, et Pontificijs decretis.

35. Neque minus a veritate aberrat id quod in praedicto dipplomate sequitur: nempe Constitutiones nostras

a Vero, & genuino sensu fuisse detortas, cum Zelus Relig.^{ti} Fod. P.P. Seluatorum in Capl^{is} Glibus Congregatorum nunquam permisisse putandum sit quod sive per ignorantiam, sive per malitiam Constitutiones nostræ fuissent, vel essent detortæ.

36. Magnique indedecus n̄ri Ord^{is} cedit id quod insistitur de Ord^e nostro asserit, quod videlicet ab observantia consistur. quasi totus ordo deflexerit, & si enim concederetur hoc alicubi contingere semper non falsum erit quod quasi toto. Ord^e contingat, & sicut ex quo in omnibus Ord^s. totoque Dei ecclesia aliqui sint, qui a Legibus Divinis turpiter deflectant falso, & non sine nota maximè per asserere omnes Ord^{es}, fere totamque Ecclesiam Legem Dei non observare, ita & non sine maxima Calumniæ nota id ipsum asserere est fere de toto Præd. Ord^e.

37. Eo vel maxime quod in nostro Ord^e tot initi evang visitatores, tot fiant passim reformationes, & Capl^a Glia, atque Provlia, ut prædicti abusus, qui in dies exrescunt exurdicari possint, & vere P.P. in Capl^{is} tum Provlibus, tum Glibus in eo tantum laborant, ut genuinum Constitutionum sensum exponant, observantia conserventur, & collabentem restaurent, atque ut summorum Pontificum, & Conciliorum maxime Trid. decretis omnes adhereant, qua de causa in variis Caploxum actis semper insexuerunt, ut hinc vero Ord^i innotescant.

38 Hi ergo suppositis quomodo durissimum toti Ord^i non debebitur promulgatum iri in modernis actis Capli Glis nuper celebrati hoc Clementinum dipploma, ex quo æmuli nostræ Rel^s. hoc probrum extendere possunt ad omnia quacumque voluerint? Quomodo quilibet cordatus homo etiam Ord^i addictus existimare non poterit Ord^{em} qui à 500. annis lingua, calamo, & sanguine pugnavit pro veritate fidei authoritate Pontificum sibimet tandem ita à suo primævo statu deflexerit, ut leges confixerit sui instituto, & menti Pontificum contrarias, & quæ non sint veræ leges, sed falsa instituta, quorum Capla non sancita, sed potius maledicta conventicula dicantur.

39. Concludendum igitur erit omnino abstinendum ēē ab insertione Clementini dipplomatis in modernis actis Capli Glis, quod tantum ut puto apocrypho libello aliqui aut nostri Ord^{is} spiritus malitiæ, & nequitiæ, aut ejusdem infensissimi innimici petierunt, ut Ord^e nostro perpetuam infamiæ notam inurerent, & legum nostrarum sanctitate, quibus usquemodo viximus deturpare facilius possent, sicuti deturpant, ut videre est in Ep^{la}. D^{ri} Ascanij pag. 226. & in alia quadam Script^a. pag. 279. in quibus non verentur asserere leges usque modo nobis perscriptas, nullatenus obligare, & tandem ut ab ejusdem Ord^{is} Magro totum, vel fere totam authoritatem omni ipsorum conatu adimant.

40. Quæ omnia excepto hoc ultimo iam satis perspicua manent, & hoc ultimum facile convincitur tum ex ipsorum Scrip^a. Con: authoritatem Magri Ord^{is} Clem. X. porrecta in prot. pag. 9. tum ex correctionibus Constitutionum insertarum in ejusdem dipplomate, quæ nihil aliud intendunt, quam authoritatem Magri Ord^{is} coarctare, & fere adnihilum redigere.

41. Scimus ergo asserunt Con: Constitutiones Ord^{is} firmatum fuisse in Capl^o Gli Romæ celeb. anno 1656. declarat, v^a. & confirmatum in alio subsequenti Capl^o etiam Romæ celebrato anno 1670. supremam habere authoritatem in Ord^e ipsius Magrorum, et Capl^m Gle, nec Glissimum ipsam valeat limitare.

42 Falsitas autem hujus eorum asserti ex ipsamet Innoc IV. Bulla convincitur, cum in ipsa ut videre est apud usu Maxi, pag. 12. a tergo, & in Clementino dipplomate, pag. 1^a. loquendo de authoritate Magri Ord^{is} ita habetur, ut dicti Ord^{is} Magrum, & ejus successores pro tempore existentes statim postquam electi secundum Constitutiones Ord^{is} fuissent; eo ipso veri ipsius Ord^{is} Magri effecti curam animarum fratrum ejusdem Ord^{is} plene habeant, & liberè possint ipsos que fratres authoritate propria ligare, nec non in eodem Ord^e agere quæ ipsi, & Deffinitores Capli Glis juxta memoratas Constitutiones ejusdem Ord^{is} & fratribus secundum Deum viderint expedire. Magri ergo Ord^{is} eamdem habent authoritatem, quam ipsi & Deffinitores Capli Glis habent, usque ipsi. & Deffinitores Capli Glis

AVSA

supremam habeant in Ord.e authoritatem, ut et ipsi fatentur, omnino Concludendum erit Ord.is Magrum supremam habere authoritatem, et si hanc habent aut.em a Sede Ap.lica, quomodo ipsa Cap.la G.lia poterunt eam limitare, cum inferior sicut est Cap.lum G.le nequeat coarctare superiorum Leges, sicuti sunt Pontificiae?

43. Cum hec ~~tamen~~ tamen primo Componitur, quod se abutatur prædicta authoritate, poterit a Cap.lo G.li absolvi quod tantum in Constitutionibus nostris dist. 2. Cap. 8. text. 3. habetur, quodve Confirmatum erat prædicta Innoc. Bulla.

44. Secundo asserunt Con: Constitutiones in prælaudatis Cap.lis fuisse Ordinatum, ut Cap.lum G.le celebraretur de Sexennio in Sexennium, et hac Rat. in Dipplomate Clem. pag. 71. n. 58. legitur Capitulum G.le Unavice Ultra montes, altera Vice Citra montes alternatim de triennio in triennium celebretur, nisi obitum Magri Gralis acciderit, Supprimi omnino ijs quæ iam nostra Vulgari lit.a leguntur circa authoritatem Magri Ord.is; id est cum facultate Magro Ord.is transferendi ad annum.

45. Quæ verba authoritate trium Cap.lorum immediate sequentium apposita in nostra Vulgari, nempe Romæ 1553. modum inchoationis, et 3.a Romæ 1558. permodum approbationis, et tandem acceptione isti Celebratis satis indicant auth. Magri Ord.is se extendisse ad dilationem per annum Cap.li G.lis ex aliqua urgentissima causa: immo et semper adesse hanc urgentissimam causam prorogandi Cap.lum in solum ad annum, sed et ad biennium infertur ex decreto Sacr. Congregationis Ep.a et Reg. emanato die 29. Junij 1664. firmato auth. Ap.lica Alex VII. relato in prot. pag. 259. quo præcipitur, ut expediantur Convocatoria ad omnes, et singulas Provincias Indiarum Occidentalium, et Orientalium cum tempore competenti ad hoc ut possint, et debeant convenire, quod et Confirmatum fuit in alia speciali Congregatione deputata a Clem. 9.

46. Quibus stantibus decretis, quomodo decursu trium annorum poterunt in illas distantissimas Provincias a nostra Europa pervenire Convocatoria, et ex illis accedere in ista Deffinitores, aut Prov.les?

47. Verum quod de Sexennio in Sexennium sint proroganda Cap.la G.lia expresse habetur in Brevi Urb. VIII. incip. Ap.lici muneris Romæ dat. 9. Aug. 1625. et in Arch. repon. non igitur aliquod invitum, et Con: Dipplomata Pontificia firmatum manet, adducti in Cap.lis ut de Sexennio in Sexennium tantum celebraretur, uti postulatores exposuerunt Clem. X. pag. 11. Vide a pag. 258. usque ad 262. ubi et per extensum manifestatur hæc veritas.

48. Neque mirandum, quod in nostro Ord.e tot facta fuerint mutationes circa tempus celebrandi Cap.lum, ita ut 1.o celebrarentur de anno in annum, deinde de biennio in biennium, 3.o de triennio in triennium, et tandem de Sexennio in Sexennium; id enim contigit ex prorogatione Religionis, et multiplicationis Provinciarum rat.e quarum plurimæ modo pro celebrandis Cap.lis debent expensæ, et plurima perferenda incommoda, qua ratione et Ecclesia Unitas varias habuit mutationes circa Synodorum, et Conciliorum celebrationem.

49. Tertio Con: auth: Magri Ord.is asserunt ipsum non posse Priores Prov.les, aut Conventuales, aliosque Ord.is officiales, quoties sibi videbitur instituere, et destituere, ita pag. 29. et hac rat.e in Clem. Dipplomate adducitur, et inseritur Clem. VII. Dipploma hoc idem præcipientis, et hanc Magri Ord.is usurpatum autem vigore prædictorum duorum Cap.lorum Coarctantis.

50. Verum falluntur isti postulatores hanc authoritatem instituendi, et removendi officiales Ord.is fuisse tantum concessam a prædictis duobus Cap.lis, cum et in Glossis Constitutum typis mandaturum a R.mo Bandello a Cap.lo G.li Mediolani Celeb. anno Domini 1505. approbatis hanc authoritatem Magro Ord.is concessam fuisse appareat ita enim dist. 1. Cap. 15. text. 1. lib. F. habetur Magr Ord.is est proprius, et immediatus Prelatus omnium Fratrum, et Conventuum totius Ord.is, et potest omnes Prelatos, et officiales eiusdem Ord.is instituere, et destituere, et eorum officia, et authoritates limitare.

51 Quæ Glossæ declaratio firmitatis robore gaudet vigore Brevis Bonif. IX. quod incipit Personam tuam dat. Romæ 5. Kal. May Pon. an: 13. per extensum relatum hic in prot. pag. 273. et confirmatum ab

Alex. V. et Martinus V. in Brevi, incip. = Regimini Univ^{lis} Ecclesiæ. dat. Flor. 5. Kal. Junij Pon. an. 5. quorum omnium Brevium exemplaria extant in Archivis.

52. Verba autem prælaudati Brevis Bonifacij sunt. Hinc est quod nos tuis devotis precibus in hac parte inclinati, et fel. rec. Benedictini, et pariter Greg. XI. et non nullorum aliorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Vestigijs inhærentes ut tu, et successores tui Magri Ordis qui fuerint pro tempore, omnes, et singulos Fratres dicti Ordis ad partem infidelium, et Schismaticorum transmissos, seu in Penitentiarios extra Romanam Curiam, aut Inquisitores hereticæ pravitatis, aut Priores, etiam Prov^{les}, et Conventuales, necnon Vicarios, Lectores, et Baccalaureos in dicto Ordine per S. Aplicam prædictam (Notentur hæc verba per S. Aplicam) vel alias per quoscumque, et qualitercumque, et quacumque auctoritate etiam nostra deputatos hactenus, et in posterum deputandos, et alios quoscumque dicti Ordinis Officiales, quoties tibi, vel successoribus tuis videbitur expedire, revocare, et ab huiusmodi officijs removere, et alios loco ipsorum substituere, ac etiam officia ipsa limitare, quam facultatem etiam postea extendit circa institutionem, vel destitutionem Procuratoris Ordinis: non igitur hæc facultas tantum à prædictis duobus Capitulis Concessa fuit Magro Ordinis, ut postulatores facto Clem. X. exposuerunt, sed et ab antiquioribus Capitulis, necnon à S. Aplica; ultro tamen fateor Magnum Ordinis in horum destitutionibus semper oculis habere debere honorem personæ destitutæ, ita ut in simplici ipsius arbitrio sit Ordinis officiales instituere, vel destituere, qua de Causa et in præfato Bonifacij IX. Brevi additur, quoties tibi videbitur pro honore, et statu personarum, et locorum. Qua propter non sine aliqua Causa ipsos destituere poterit, quæ saltem extrajudicialiter fuerit ab ipso præcognita.

53. Nec Clementis VII. dipploma hanc Magri Ordinis authoritatem coarctat, cum ut vidimus supra n. 30. invicè revocavit, et cassavit institutiones officialium in perpetuum datas Con: tenorem nostrarum Constit. Vide pag. 274. 275. et 276.

54 Quartò Con: authoritatem Magri Ordinis asserunt ipsum non posse explicare, glosare, seu mutare acta, et decreta Capitulorum Glium: qua de Causa et ubi in nostra vulgari lit^{a} dist. 2. Cap. 9. de solemn. celeb. Capli text. 6. legebatur, porro Magr Ordis, aut Priores Prov^{les} non mutent acta Capli Prov^{lis}, aut Glis, nisi forte in speciali ex Causa necessaria; et ubi in Clem dipplomate ita legitur, pag. 74. n. 59. Porro Magr Ordis, aut Priores Prov^{les} nullatenus mutent acta Capli Glis, acta vero Capli Prov^{lis} non nisi forte in speciali ex Causa.

55 Innoc. IV. et alij SS. Pontifices, quorum privilegia Magro, et Fratribus Ordinis Præd^{m} Concessa Brevi Clementino confirmantur, summam Ordinis Magro potestatem in universo Ordine contulerunt, ita ut extra Grale Capitulum solus possit quidquid ipsemet in Caplo Gli una cum Diffinitoribus posset, ut vidimus supra ex verbis Innoc IV. n. 33. Quibus absque dubio potestas inest alterius acta Capli in speciali revocare, et mutare, cum ergo Constitutio Innocentiana hanc eamdem Magro Ordinis dederit potestatem, prædicta duo Capla Gnlia non excesserunt limites à SS. Pontificibus præfixos, nec ab eorum mente, et intentione aberrarunt, ut postulatores volunt.

56 Porrò ponderanda sunt decreta eiusdem Constit. relata dist. 2. Cap. 10. text. 2. in quibus refertur, quod Priores omnium Provinciarum Ordinis una cum Diffinitoribus Congregati in Caplo Glissimo Parisijs Celebrato an: Dni 1228. sub venerabili Magro Jordano easdem Constit^{es} in duplici veluti serie diviserunt, et præceperunt, quod Constituta in ipsa serie inviolabiliter, et immutabiliter observarentur, nempè de possessionibus non habendis, de appellationibus non faciendis, et de non inferendo præjudicio per Priores Diffinitoribus, et per Diffinitores Prioribus in diffinitionibus. Constituta vero in 2^{a}. serie veluti sunt cætera omnia quæ in Constitutionibus habentur, possint . Capli permutari; si igitur per tria Capla immediate subsequentia possunt etiam permutari Con^{el} quanto maiori Jure per unum Caplum Gle poterint permutari ea, quæ acta sunt tam antecedenti Caplo, cumque Magr Ordinis ut diximus eamdem habeat authoritatem, ac Caplum Gle, ipsique etiam ab eodem Caplo quatenus opus esset tradita, hæc eadem potestas inobandi, et interpretandi acta ipsius, cur non poterit illa postea permutare? Vide pag. 269.

57 Neque prædicti Pontificium decreti derogatum est à Clem. dipplomate, cum nulla eorum in

AVSA

ipso fiat mentio, ut requiritur ad derogationem.

58. Quinto Con.ª authᵗᵐ Magri Ordⁱˢ intrusunt asserendo, ipsum non posse licentiam dare, seu assignare ad lectiones peragendas pro Gradu, et forma Magisterij extra Capitulum Gle, quam authoritatem dicunt coarctasse Bonifacium IX. qui et mandauit, quod nullus ex Fratribus Ordⁱˢ Predᵐ absque licentia, et seu assignatione Capti Gli secundum morem eiusdem Ordⁱˢ ad honorem Magisterij in Theologia promoveri possit, et quod Magr Ordⁱˢ sua authoritate nequeat assignare ad lectiones pro gradu, et forma Magisterij, et hac ratione in diplomate Clem. hunc intexuerunt text. pag. 19. n. 62. Iudicetur autem sufficientia haec (nisi sit manifesta) per Examinatores, qui absolute referant, est, vel non est iudicio nostro sufficiens ad legendum Solemniter Sententias, vel ut sit Regens in Studio ubi in veritate viget Studium Theologiae, et nihilominus per suae Provinciae Priole Capitulum, vel illius diffinitorium sit expositus, et à Capto Gli tantummodo assignari, vel licentiari possit, et postea in Confirmationem huius text. intexuerunt Bonifacij IX. Constitutionem, in qua habetur: Poterit tamen Magr Ordⁱˢ si aliquem talem assignatum (id est a Capto Gli) impediri contingerit, loco eius alium deputare, cuius actus valeant pro forma, et gradu Magisterij; dummodo per sequens Capitulum Gle fuerit approbatus.

59. Ex quibus omnibus inferunt nullatenus spectare Magro Ordⁱˢ aliquem deputare ad legendum pro forma, et gradu Magisterij, nisi in casu, quo deputatus à Capto Gli, fuerit impeditus, et in hoc casu etiam sit approbanda eius deputatio à Capto Gli subseq.

60. Istos vero mutilasse nostrarum Constitutionum textum compertum fit ex Cap. 14. de student. dist. 2. text. 8. in quo legitur, et à Magro Ordⁱˢ, vel à Capto Gli tantummodo assignari, vel licentiari debeat.

61. At quia isti dicunt praedictum textum illegitime fuisse mutatum, cum in antiquioribus talis diuisiua non habeatur; ideoque operae pretium erit, ut haec ipsorum responsio subsistat.

62. Et sane non subsistere, quis dubitabitur, cum illam praefati textus reformationem in Capto Gli proposuit Genuae Celeb. an: 1513. praestantissimum doctrina, et pietate lumen Thomas de Vio Cayetani quique in Capto Gli immediate Seq. Celeb. Neapoli iiii eandem reproposuit, ut confirmaretur, quod deinde pro merito ad Purpuram euecto eadem reformatio in Capto Gli Seq. Romae celeb. an: 1518. sub Magro Gli tunc electo Garcia de Loaysa in text. Constitutionum inserta fuit, et antiquus mutatus additione illius par.ᵉ vel ut constat ex lec.ˡ eorundem actorum, quod authoritatem tria Capitula Glia continua possunt similes mutationes facere habetur in prologo Constitutionum neque putandum est, Cayetanum caecutisse in praefati text. reformatione; quapropter omnino dicendum est, quod ideo ipsum reformari proposuit, vel quia forte ita approbauit consuetudo inueterata, ut etiam Magr Ordⁱˢ se solo assignaret ad lectiones pro forma, et gradu Magisterij; vel quia tam pridem in pluribus Captis Glibus declaratum inuenit, ut habetur in Glossa praedicti text. lib. 2. quorum primum nempe Celebratum apud Tholosam 1122. pauci anni post emanatum Breue Bonifacij IX. uel quia equum videbatur, Constitutionem Bonifacij IX. non esse intelligendam cum tanta restrictione, ut excluderet Magrum Ordⁱˢ ab hac facultate, vel quia Magr Ordⁱˢ extra tempus Gli Capti habet authoritatem aequiualentem Capto Gli, vigore priuilegij Innoc. IV. superius relati, et confirmati à decem Pontificibus subseqᵘᵉⁿᵗᵇᵘˢ vel quia Magrum Gle habere hanc authoritatem assignandi, et licentiandi Magros vigore Breuis Nicolai V. incipientis = Dum ad vitam laudabilem Dat. Romae 1454. vel tandem quia idem Cayetanus in principio sui regiminis hanc obtinuit authoritatem a Julio II. in suo Breui incip. Exposuisti nobis, Dat. Romae 3. augusti 1508. quod ipsi, et suis successoribus concedebatur authoritas, ut ad Magisterium in Theologia etiam non peracto quadriennio in aliqua universitate, licentiam dare possint.

63. Sed etiam dato prisci temporibus Magrum Ordⁱˢ hanc non habere facultatem, certum est, fuisse

ipsi Concessam à Pio V. in suo Brevi, incip. Cum Sacer Ordo. dat. Romæ apud S. Petrum
S. Annæ Mariæ an: 7. et Plato pag. 166. et 316.

64. Tandem etiam Coarctare tentarunt Magri Ordis authtem. ut neque etiam Concedere posset plures Campanas in Conventibus: Unde pag. 47. n. 7. in text. inserto addere fecerunt Cum textum nostrarum Vulgarium Fratres nostri non habeant nisi Unam Campanam; quod omnino servetur in Conventibus denovo recipiendi, sed in eam Accepti Capitulum Glē locorum, ac temporum Conditione perspecta facultatem habeat statuendi, quod magis in Domino judicaverit, expedire.

65. Ex his omnibus luce meridiana fit Clarius postulatorum Clem. Diplomatis intentionem non aliam fuisse nisi Ordem Calumniare Constitutiones eiusdem omnino infringere, et authtem Magri ita limitare, et Coarctare, ut nomine tenus tantum diceretur, et esset Magr Ordis. Siquidem in Ordine ipse non haberet authtem instituendi Prælatos: immo neque nominandi aliquos pro electione nisi in Casu evidenti Cessura electorum, alias non haberet authtem ipsos destituere, nisi iuris Ordine servato, non haberet authtem supremam in Ordine non posset mutare, et explicare Statuta Ordis, aut Capitulorum Glium non posset neque ad unum annum prorogare Capitulum Gle, non posset Officiales Ordinis quoscumque ab eorum officijs destituere, neque posset assignare ad lectiones pro gradu, et forma Magisterij et tandem nequiret plures Campanas uni Ecclesiæ Concedere. Quid ergo posset? Sane non aliud, quam aliquas inferiores Concedere lectiones, aliquas imponere inferiores pænitentias, et alia huiusmodi inferioris momenti, et sic nomine tenus diceretur, et esset Ordis Magr.

66. Quibus si adiungantur ea, quæ in Brevi Innocentiano, pag. 253. nempe quod teneatur statim Magisterio suscepto Ordem visitare, esset procul dubio peioris Conditionis, quam Cæteri Fratres, siquidem teneretur totam vitam suam, quam pluribus itinerum incommodis exponere in totius Ordinis Visitatione, qua ratione in Capto Gli Romæ Celebrato an: 1677. fuerunt deputati quatuor Religiosi, ut exponerent Innoc. XI. gravatum fuisse Ordinem ab Ordinationibus promulgatis ab Emo de Alterijs, quos tamen nunquam audire voluit, ut testatur Rmus Cloche in suis notis, pag. 6. immo et in suo Magro Ordis solum ad aliquorum Postulatorum invidia, et malitia excitatus in grave Ordis dedecus, et detrimentum Typis mandatum fuit, et Romæ publicatum, atque in ipsius plateis affixum fuit Innoc. Diploma, quod tamen insertum non fuit in Actis Capli Gli Romæ Celeb. an: 1677. quia non fuit audita pars, seu Capitulum Gle Ordis pro sui honore, et pro aliorum SSrum Pontificum Diplomatum manutentione, quæ absdubio derogata non fuerunt per Innocentianum Diploma, cum in ipso nulla de eis fiat mentio: Unde sicut Postulatores asserunt Innocentianum Diploma non derogare Clementinum, quia non fuit expressum, ita non derogasse dicitur Cætera Diplomata, cum de eis nulla facta fuerit mentio, eo potiori iure quod ista fuerunt promulgata, Clementinum vero nunquam promulgatum fuit, ut ineditum manet.

67. Quod vero intentio postulatorum non alia sit quam dehonorare Ordem Constitnes et Magri Ordis authoritatem Coarctare evidenter deducitur ex eo, quod Cætera textus mutationes, quæ intertu inserta in Clementino Diplomate, vel nullius sunt momenti, vel supplentur per Glossas nostrarum Vulgarium Constitutionum, quæ in prædicto text. inserta manent, ut videre est in Observationibus Correctionis eiusdem text. in proto. pag. 99. usque ad 138. et hic breviter addam, si placuerit Rmæ Paternitati vestræ.

Die 7. Augusti anno 1722. hora vigesima prima Italica habuit in Camera sua Concilium Magister Ordis Fratrum Prædicatorum, cui inter fuerunt duo supra viginti graviores Ordis nostri Patres, magna parte vocales in Definitorio Capli Gli nuper habiti, ijsque proposuit, num Clementis X. Breve incipiens, ad Apostolicæ dignitatis fastigium, quod fertur, Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem sub annulo Piscatoris, die 5. Septembris 1675. Pontificatus sui anno 5. Actis Capitularibus mox edendis insereretur, Unoque voto Censuerunt omittendum esse illud Breve, atque ex Actis Capitularibus manuscriptis tollendam esse mentionem huiusce Brevis: quam ut sectarentur sententiam, non uno ducti sunt momento, eoque luculento. Primum nullibi Comparet præfati Brevis Autographum:

AVSA

deinde nusquam videtur publici Juris factum, Typisque datum, etiam Reverendæ Cameræ Apostolicæ, uti moris est; tum nullo liquet instrumento authentico ipsum Ordini nostro fuisse significatum, ac denuntiatum: insuper extat quidem in Archivio nostri Ordinis Minervitano præfati Brevis exemplar manuscriptum, Cui iuxta tritam Canonistarum Doctrinam nulla fides habenda est; per multa quippe Complectitur, quæ Cum Grammaticæ Legibus minime Conveniunt; Continet quoque non pauca, quæ sensum obscurum, mutilum, falsum, ineptum, et absurdum exhibent v. g. et quilibet Conversus viginti Missas in Communi: Item Feria 2. et 3. post Quadragesimam quadragesimali utimur Cibo, et ieiunamius. Item gravissima Culpa est incorrigibilitas illius, qui Culpas timet admittere, et pœnas recusat ferre. Quibus omnibus conficitur præfatum Breve in tenebris latitans, aut omnino esse suppositum, aut saltem per subreptionem, aut obreptionem datum, nec proinde luce publica donari posse citra Contumeliam, tum Sedi Apostolicæ, tum nostræ Religioni illata. Viri quidam nostri Religiosi Cum disciplinæ Regularis observantiam, tum Studiorum progressum prætexentes libellum supplicem anonimum Capituli Generalis nuper habiti Definitorio porrexerunt, in eoque admonuerunt e nostra Republica esse, si Capitularibus Actis, ut olim moris erat insererentur quædam Brevia Pontificia, v. g. Innocentiana duo, et illud, de quo agitur Clementinum. Patres bona fide, necnon ignorantia invincibili, proindeque involuntaria in suæ erga Sedem Apostolicam Reverentiæ argumentum illis affirmarunt, illa esse in Acta referenda, existimantes Breve Clementinum nullis scatere erroribus, a Sede Apostolica Constanter profectum, Solemniterque Ordini nostro, et Ecclesiæ denuntiatum, uti fuerunt extra Controversiam Innocentiana duo Brevia, quibus cum iungebatur Clementinum, cum igitur hæc in Clementino minime locum habeant; proinde vocati Patres ad Concilium Iure merito sunt arbitrati omittendum esse Clementinum Breve in Actis Capitularibus, mox edendis, atque ex Actis Capitularibus manuscriptis expungendam esse mentionem huius Brevis.

fr Aug.s Pipia Mag.r Ordinis = fr. Thomas Guillelmus Molus Procurator Gen. =
fr Dominicus Pery Sac. Cong. Indicis Secretarius = fr Josephus Hansbie Provincialis Angliæ =
fr Hiacinthus de Sta Romana Prov.s Aragoniæ = fr Greg. Campuzanus Prov.lis S.tæ Crucis Indiarum =
fr Thomas Aloisius Missini Mag.r et Exprovin.s Romanus = fr Thomas Ripol Mag.r et Exp.lis terræ Sanctæ
fr Patricius Penrehet Mag.r et exdefinitor Hiberniæ = fr Bernardus Barzet Mag.r Exdefin.r P.æ Occitaniæ
fr. Thomas Mag.r Lascaris [illegible] et Socius = fr Rafael Figuerola Mag.r Exdefinitor Aragoniæ =
fr Xptoforus de Molina Mag.r et definitor Peruanus = fr Petrus Gomez Theolog.æ Mag.r =
fr Thomas Brabant Mag.r et socius = fr Thomas Marinus Mag.r et socius. =
fr Bernardinus Mormorius Mag.r et socius. = fr Bernardus Mosnier Definitor Provinciæ Parisiensis
fr Dominicus Williams Mag.r et Exdefinitor Angliæ. = fr Nicolaus Rodolph. S. Th.æ Mag.r
fr Eugenius de Surmont Defin.r Prov.æ Sta Rosæ. = fr Antonius Bardon Mag.r et Secr. Capli
Generalis nec non præsentis Concilii

AVSA